

[25]. *Quod patroni astringantur sacramento habere correda et guarnimenta et marinarios secundum formam statuti.*

Dicimus quod quilibet patronus habere teneatur sacramento omnia correda et guarnimenta sue tarrete, et eciam marinarios quos secundum formam statuti habere tenentur. Que sacramenta ab eo debeant nostri consules accipere.

St. Zen, XXXVI (in fine).

[26]. *Quod quelibet tarreta habeat duos scribanos.*

Decernimus quod quelibet tarreta habeat duos scriba ¶ nos ut in statuto nāuium continetur, qui scribani c. 253* huiusmodi iurare debeant sacramentum:

St. Zen, XLI.

[27]. *Sacramentum quod facere debent dicti scribani.*

[Conforme in tutto, meno lievissime differenze, al cap. XLII degli Statuti Zeno, colla differenza che il nostro sostituisce la parola *tarreta*, nei casi voluti dal contesto, al *navis*; e ciò fino alle parole: « quod erit in collo suo uel fassio uel balla » indi prosegue]:

¶ Et dabo et presentabo scriptum omnium suorum c. 154* collorum uel fassorum aut ballarum, et omnium aliarum rerum suarum sicut scriptum inuenero in meo quaterno, si recipere uoluerit, cuilibet marinario uel mercatori. Et eciam dari faciam a socio meo infra octauum diem postquam tarreta uelam fecerit. Et tarretam ipsam mensurabo, et si eam ultra statutum inuenero caricatam, quantum plus fuerit caricata consulibus Ueneciarum mensuram presentabo infra quintum diem postquam Uenecias intrauero; uel si Uenecias non rediero, quam cicius potero dictis consulibus significabo. Si uero requisitus fuero de hiis que ad ¶ meum officium pertinebunt, secundum meam c. 255 bonam conscienciam ueritatem non tacebo. Item ponderabo omnia que a patrono et mercatore ad ponderandum